Illustr. Domine

Dno des Noyers Varsoviam

Molestissimae et taediosissimae occupationes, uti facile intelligere potes, hucusque obstiterunt, quo minus citius ad tuas ultimas die 23 April. datas respondere potuerim. Initio autem gratias habeo maximas quod vitris illis ab Ill. Dno Buratino impetratis, donec alia obtineam aliunde, mihi subvenire volueris; gratissimo animo ea remittam dummodo prius ea exploravero; utinam ipsi aliqua ratione haud usque adeo ingrata rursus inservire possim. De reliquo non dubito quin iam ex parte exploratum habeas me iam ante aliquot menses literas ab Ill. et Excell. Dno Colberto accepisse, quibus Christianissimae Majestatis summam erga me clementiam et liberalitatem, uti ex copia literarum illarum intelligere potes, significare dignatus. Sed celare te minime possum quod hucusque à Dno nostro Formond nihil quicquam obtinuerim, licet autographum Ill. et Excell. Dni Colberti ipsi monstraverim. Idcirco te humanissime rogatum volo, ut Illustr. et Excellmos Dnos Legatos tam Ill. et Excell. Dn. Bethune quam Ill. et Excell. Dnum Alaria quamprimum adeas, eosque submisse meo nomine roges, tanquam Patronos ac Mecoenates studiorum meorum maximos, quo mihi subvenire dignentur intercessione apud Ill. et Excell. Dn. Colbertum [ut] iterum iterumque serio Dn. Formond ~~ipsi~~ iniungatur ne non ~~quo ut~~ quantocyus Christianissimae Regiae Voluntati atque mandato Ill. et Excell. Dni Colberti satisfaciat atque sic ~~nec non~~ absque ulteriori morâ mihi eam pecuniae summam, quâ Rex Galliarum Augustissimus afflictissimae meae fortunae succurrere clementissime voluit persolvat

Hevelius Joh.

Kriegel 16/2 83. R.B. 11/11 o M

fecit profecto nec aedes meas cum Specula Astronomica restau-
rare, nec studia mea Coelestia erigere valeo. Anno
ni fallor 1674, quo primam partem Machinae meae Coelestis
Christianissimo Regi consecraveram Dns Formond idem fere
mecum egit. Nam 800 illos Imperiales quos Ill. et Excell.
Dns Colbertus nomine Regis mihi assignaverat, minimè
nec tum nec successive persolvit: num id Ill. et Excell. Dno
Colberto id innotuerit sane nescio; siquidem verecundia
ductus nunquam hujus rei apud Excell. Suam feci mentio-
nem. Tu Amice integerrime mecum dolebis quod non solum
tam incredibilem
tantam rerum mearum passus fuerim cladem, sed etiam tam
adversam ratione beneficiorum experiar fortunam; Succurre
igitur mihi vel intercessione apud Ill. et Excell. Dnos Lega-
tos vel aliâ quâcunque ratione ut tibi visum fuerit;
officiola mea iterum tibi promptissime defero.7 Vale et
me amare perge. Dabam Gedani Ao 1680, die 31 Maij

T. Ill. Dn.

Devinctissimus

J. Hevelius

7 Profecto adeo infelix modo sum
ut ne unicus vel amicorum vel
consanguineorum, quibus tamen
plurima olim dono dedi, ne unicam
fructillam (quarum tamen contenis
in reparatione quatuor aedium mearum
opus habeo) in bonam sui memoriam
(ut apud nos moris est) dono sponte
offerat; sic ut mihi videor, omnia et
singula, paratâ pecuniâ mihi curanda fore.

Ostentum Igneum in Fortalitio
Mundano Gedanensi observatum
Ao 1660, die 9 Novemb. mane.

Milites quicunque in excubiis fuerunt uno ore fatentur omnes hora 1½ matutina ex insperato magnum insolitumque lumen eos circumdedisse, perinde ac si ingenti igni stiparentur; oculos autem subito ad coelum attollentes in liquidissimo aëre albicantem splendidissimum oblongum cuspidatum radium conspexerunt; qui illico se in diversos hic appositos characteres transmutavit, ac alium post alium successive, sed distincte exhibuit, eo plane ordine, ut numeri indicant. Tota illa apparitio duravit circ. ⅛ unius horae. Quid hoc sibi velit? Altissimo constat. Forte nobis laetum nuncium attulit de clade Moscovitarum; cum circa idem tempus id accidisse intelleximus.



J. Hevelius.

DSI

AUTOGRAPHE

de

Hevelius, (Hevel eigentl. Höwelcke)

Johannes

OBSERVATIONS

1) L.a.s. 2 p. folio o.O. 31.III.1680
in lateinischer Sprache. Klagt über
langweilige Beschäftigung,
die eine frühere Antwort verhindert hat, dankt für die empfangenen Bücher und beschäftigt sich
mit astronomischen Publikationen.

Aus Sammlung Dr. K. Loewenfeld, Hamburg.

2) P.a.s. 1 p.4°, 9.Nov.1660,
Bericht über eine fremdartige
Lichterscheinung am Himmel und
die Möglichkeit ihres Zusammenhanges mit einer gleichzeitigen
Katastrophe in Russland. Mit
Handskizze.

Hevel (eigentlich Höwelcke), Johannes, Astronom, geb. 28. Jan. 1611 in Danzig, gest. daselbst 28. Jan. 1687, studierte in Leiden Rechtswissenschaft und machte größere Reisen ins Ausland, übernahm dann die Brauerei seines Vaters, widmete sich aber gleichzeitig und später ausschließlich astronomischen Beobachtungen. 1641 richtete er sich eine eigne Sternwarte ein und fertigte selbst vorzügliche Quadranten und Sextanten an, an denen er jedoch keine Fernrohre anbrachte (s. Tafel »Alte astronomische Instrumente«, Fig. 6 u. 7). Er beobachtete nur mit bloßem Auge und Diopteren und erreichte trotzdem eine Genauigkeit, die von den mit Fernrohren versehenen Instrumenten der damaligen Zeit nicht wesentlich übertroffen wurde, wie sich dies aus den gleichzeitigen Beobachtungen Halleys ergab, als dieser 1679 im Auftrag der Royal Society in London nach Danzig kam, um die Genauigkeit der Hevelschen Beobachtungen zu prüfen. H. fertigte auch selbst Fernrohre von 10—140 Fuß Brennweite, die er jedoch nur zur topographischen Untersuchung der Sonne, der Planeten und namentlich des Mondes benutzte. Seine »Selenographia« (Danz. 1647) enthält Abbildungen des Mondes für jeden Tag seines Alters, von H. selbst in Kupfer gestochen, die lange Zeit die Grundlage der selenographischen Topographie gebildet haben. Außerdem beobachtete er auch eingehend die Kometen und fand, daß sie sich in Parabeln bewegen, während die Entdeckung, daß im Brennpunkt der Parabeln die Sonne steht, von Hevels Schüler Dörfel (s. d.) herrührt. Er veröffentlichte noch: »De natura Saturni« (Danz. 1656); »Prodromus cometicus« (das. 1665); »Cometographia« (das. 1668); »Machina coelestis« (das. 1673 und 1679, 2 Bde.). Nach seinem Tod erschien: »Prodromus astronomiae« (Danz. 1690); seinen Briefwechsel gab Olhof heraus (das. 1683). Vgl. Westphal, Leben des Astronomen Hevelius (Königsb. 1820); Seidemann, Johannes H. (Zittau 1864).

DSI